

VC  
5152



h. 4, 22.

J

SAX

LAN  
UTRI

A

BL  
POT

h. 4, 22.

1, 583.

# PHOENIX. ELECTORATUS. SAXONICI. REDIVIVUS.

H. E.  
*MAXIMUS. OPTIMUSQ. PRINCIPUM.*

# JOHANNES. GEORGIUS. III. HEROS. INCOMPARABILIS. SAXONIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. MONTIUM. DUX. S. ROMANI. IMPERII. PRÆFECTUS. PRÆTORII. ATQVE. ELECTOR. POTENTISSIMUS. LANDGRAVIUS. THURINGIÆ. MARCHIO. MISNIÆ. AC. UTRIUSQUE. LUSATIÆ. BURGGRAVILIS. MAGDEBURGENSIS. COMES. PRINCI- PALIS. HENNEBERGICUS. COMES. MARCÆ. RAVENSBURGI ET. BARBIÆ. DYNASTA. RAVENSTEINII. PIUS. SAPIENS. MAGNANIMUS.

*QVUM.*

URBEM. HANC. PHILURÆAM.

AD. CIVES. ACADEMICOS. ET. OPPIDANOS.  
SOLENNI. JUREJURANDO. D. XXII. JUN. SIBI. OBSTRIN-  
GENDOS.

*FELICITER. INGRESSUS. ESSET.*

VOTIVO. CUM. PLAUSU. TRIPUDIOQVE.  
EXCEPTUS.

*A.*


SERENITATI. EJUS. IN. PERPETUUM. COLENDÆ.  
DEVOTISSIMA.

## ACADEMIA. LIPSIENSI. INTERPRETE.

L. JOACHIMO. FELLERO. CYGNEO.  
POES. PP. COLLEG. PRINC. MAJ. COLLEGIATO.  
ET. ACAD. BIBLIOTHECARIO.

*LIPSIÆ.*

LITERIS. CHRISTOPHORI. GUNTHERI  
ANNO. M. DC. LXXXI.



Vc  
5152

# EPIGRAMMA PANEGYRICI ACADEMICI CON- SPECTUM EXHIBENS.

**V**is novus huic Mysiae Phœnix illabitur Urbi,  
Exsurgens patrio pulchrior ex tumulo?  
**E**st PRINCEPS. Cristatus apex vertexq; coruscans  
Est PIETAS jussis obsequiosa sacris,  
Gemma te s; oculi celsæ PRUDENTIA mentis,  
Imperii spectans emolumenta novi.

**Q**uid pectus rutilans? animi IMPER TERRITA  
VIRTUS,  
Plena & Achillæo spiritu & Hectoreo,  
Purpureumque decus, quod cæteram membra colorat,  
Patrius, haut patruus subditum in agmen A-  
MOR.

**S**alve ergò nobis salve, Illusterrime Phœnix!  
**N**OS TIBI, TE NOBIS ALLIGAT IPSE  
DEUS.

L. J. F.



Ncipe ferales tandem deponere peplos,  
Lipsia, & innubem nigranti ex syndo-  
ne vultum

**I**Exerere. Aureolus radiat post nubila  
Titan

Nunc demum, & prisci spondet tibi secla metalli  
Post ferrugineæ tristissima tempora fortis.

Nam qvæ Atlantiadæ, qvæ nostris otia Musis  
Fecerat, & totam latè vastaverat urbem,  
Mille hinc mortifero perimens, mille inde veneno  
Plisficolas, pestis dudum desæviit atrox,  
Qviqve tot invidiæ nigrâ loligine tinctus

Sparserat in varias mendacia subdola terras,  
Convictus meliora sonat nunc omnia, Rumor.  
Quid? Pindo redit altus honos, flosq; ille coruscans,  
Qviqve, tuas labescùm serperet atra per ædes,  
Cessere Aonii, facto velut agmine, Ephebi,  
Nunc ad Elystrinæ redeunt viridaria Thymbræ,  
Terque tribus juncti doctos, velut ante, Deabus  
Occipiunt ductare choros. Sed sqvallida luctu,  
Et dudum inflictedos Philyre haut oblita dolores  
Ingemit, hosqve imo rumpit de pectore questus:

A 2

Diræ

N-  
Jrbi,  
scans  
utis,  
RITA  
latus  
lorat,  
n A  
IA  
PSE



Diræ eqvidem nostro pepulit de limite pestis  
Spicula, cumqve novo fatum felicius anno  
Reddidit, asfiduo Charis exorata precatu  
Cœlica, nunc vitam nobis celebranda per omnem.  
Jam qvoqve per Pindum Parnassæosqve recessus  
Doctū iterum auditur murmur, Sophicisq; susurris  
Pieridum delubra strepunt, qvæ clausa tacebant  
Anteà, & absentes lugebant muta Camenas.  
Ast ego dedoui necdum, post funera magni  
**SAXONIS, ENSIFERUM** qvem Teutonis admira-  
rata est,

Munificumqve Jovem Solemqve hæc Misnia sensit,  
Subiectas placido lustrantem lumine campos.  
Lugeo adhuc, mecumq; nigro templa omnia panno  
Fœdata, & tristem passim ostentantia vultum,  
Et nil lætifici, ut qvondam, resonantia cantus.  
Organa namqve silent, plectris animata sonoris,  
Cumq; illis Orphæa chelys, cava buccina, & omnis  
Musica, festivo mulcet qvæ pectora plausu.  
Et meritò. Ille qvidem rutilum subvectus in axem:  
Plusquam Phœbæ dudum ardet lampade Princeps  
Optimus, & pleno depromit gaudia cornu  
Angelico præsente choro, præsente Triuno  
Numine, totqve aliis Heroibus æthere plenis,  
Sidereosqve inter dudum radiantibus ignes.  
Sed Philyren nox fusca tenet, nox fusca tenebit

Tri-

Tristitiae, densis postquam caput abdidit umbris  
Saxonicus Sol ille meus, quo mitior alter  
Non hisce alluxit Tiliis, Laurisque propinquis,  
Urbibus & Mysiæ reliquis. Quæ secula Solem  
Quæ reddent mihi, quæso, parem? Sol occidit,  
eheu!

Aureus ille meus, tenebrisque obductus opacis  
Me quoque perpetui obduxit caligine luctus.  
Dixit, & ora rigans lacrymarum aspergine falsa  
Insolabiliter luget sibi Sidus ademptum,  
Continuatque suas Philyre pullata querelas.  
Lugentem sed mox, & grandia funera flentem  
Increpat, atque novi jam Principis aurea cernens  
Tempora, lætitiæ plenus sic infit Apollo:  
Ne scisis, vicina, fleas tua fata capillis,  
Udaque frigidulis singultibus ora fatiges  
Amplius. Ecce novus, quæ ploras, damna rependit  
ELECTOR; quin secla Tibi meliora minatur,  
Atque Saturninum Mysiæ vult reddier aurum.  
Nimirum patrio qualis Titanius ales  
Nascitur ex busto, & defuncti conscius ævi  
Emeritos artus foecundâ morte reformat,  
Quique pater fuerat, natus nunc profilit idem  
Pulchrior; atque caput jam se radiosius effert,  
Jam melius gemmant oculi, jam lætior ostri  
Pingit colla color, jam nectare dulcior ipso

Complet odor nares, liquidasqve vaporat in auras,  
Vel Pelusiacas productus ad usque paludes.  
Innumeræ mirantur aves, stipantque volantem  
Alituum densata cohors ; mirantur Eoæ  
Aurimicum gentes volucrem. Solem ille rena-  
scens

Respicit, & vernæ reparato flore juventæ,  
Auspiciis veteres melioribus inchoat annos.  
Talis & in Divi augustos Genitoris honores  
Mittitur hic Princeps , patrioque ex pulvere sur-  
gens

Clarius apparet toti atque illustrior Orbi.  
Emicat ante alias cristati verticis instar  
Dotes humanæ dos cœlestissima mentis,  
Officiisque intenta sacris. Hac auspice fasces  
Suscepit, hac Myrios moderatur præside tractus,  
Fulcraque Saxonicae sic substruit optima RUTÆ.  
Et Te felicem, Phœnix renovate, Dynastam,  
Cui curæ divinus honos, devotaque Virtus,  
Non illæ Hetruscæ, qvas Orcus protulit, artes,  
Religioqve albo pietatis perlita fuco  
Extus, sed sævos gestans in corde Nerones,  
Tiberiosqve vafros. Sic, sic firmissimus Atlas  
Semper eris, stabisqve omnes infractus ad hostes,  
Nec nisi post longos fausti moderaminis annos  
Fulgida, ceu Genitor, caput inter sidera condes;

Re-

ras, Regna etenim firmat Pietas. Sed bina serenæ  
Qvanticum lucis habent hyacinthina lumina, qvan-  
tum

Fulguris in Phœnix novo! Dea sessitat illic  
Provida, præteriti gnara & præsaga futuri,  
Arbitra & Imperii stellato oculatior Argo.  
Qvis dubitet? Celsas vix ille capeſſit habenas,  
Et magni jura alta Patris, mox clara refulget,  
Et Salomonæam ſpargit Prudentia lucem,  
Lyncea & in cunctas convertens lumina terras  
Mox populi fit norma ſui, mox Principe dignas  
Res agit, atqve novis firmat ſubſellia jussis.  
Nec mora longa. Citis fertur per nubila pennis,  
Atqve Europæas cornu clangente per oras  
Saxonici Herois genium, mentemqve ſenilem  
Fama ſonat. Jamqve Austriacas coluiffe regen-  
tem

Semonem hunc Aqvilas, jam Lilia Francica cer-  
nas,  
Jam Gothicos, Helices gelido ſub fidere, Reges,  
Mox Brennum (at qvantum Germanico in orbe  
Camillum!)

Excelsosqve Duces alios. At pulchrius auro  
Fulgidiuſqve nitet pectus flammante pyropo.  
Scilicet hic ſedem fixit Constantia mentis  
Vivida, & in bello vigor imperterritus omni,

A 4

Qva-

Qvalis FRIDRICO, qui olim viētricibus armis  
Inclutus Ensiferæ primus magmenta Curulis  
Rettulit, & Musis Bojohemo limite pulsis  
Præbuit in Mysiis dulcissima lautia terris;  
Qualis & ALBERTO, Witekindi è gente Rolando,  
Quemque manum agnovit viētrix Germania de-  
xtram ;

MAURITIOq; fuit, qui, cùm Passavica magno  
Pacta extorsisset Carolo, ruit acer in hostem  
Marchicum, & in media percussus vulnere pugna  
Jam viētricem animam natalibus indidit astris;  
Ac cognomini AVO, nulli virtute secundo,  
Quique, Lutheranas cùm Mars sæviret in urbes,  
Atqve focos passim sacrasque everteret aras,  
Fortiter adversæ repressit fulmina partis,  
Et pacem huic Orbi libertatemqvereduxit,  
Relligio qvâ sancta viget. Nam Gallica postquam  
Cæsari & Imperii Procerum conjuncta potestas  
Destruere instituit justo molimina bello,  
SAXO hic ingenti laudum stimulatus ab œstro  
Contra liliheras, Aquilâ applaudente, phalanges  
Ivit, & invictæ dura inter frigora & æstus  
Virtutis documenta dedit. Germania testis,  
Quâ Moenus, quâ Rhenus aquas Mosellaque vol-  
vit,

Ipsaque tām rapidis contermina terra fluentis,

Bor-

Borbonio qvæ paret Hero. Gaude optima gaudē  
Saxonia, & si te fōrs vis inimica lacesit,  
(Qvam superi avertant faciles!) magnum Hectora  
credas

Esse Tibi, & fortē patriæ regionis Achillem.  
Tu verò reliquum Phariæ mihi cerne colorem,  
Lipsia, avis! Tyrium ille refert feliciter ostrum,  
Seu geminas spectes alas, seu cruraqve & ungves.  
Nempe hic purpureos in Principe signat amores,  
Qveis te, qveis alias Myfiæ complectitur urbes  
Augusto melior, Tito meliorqve benigno,  
Trajanoqve, Urbs magna, tuo. Nam lancibus æqvīs  
Omnia quantumvis trutinet justissimus Heros,  
Terreat & fontes gladio, tamen omnia miti  
Temperat imperio, violentaqve jura retardat,  
Seqveadeò obmunit validi, velut agere valli  
Hostiles contrà infidias. Namqve agmina non sic,  
Non sic excubiæ, nec circumstantia pila,  
Nec ferratorium grando horrida tormentorum,  
Qvām tutatur amor, sibi qvem Clementia gignit  
Nata DEO, & vasti rectrix faustissima mundi.  
Atqve en Phœnicem Tibi, Lipsia mœsta, recentem  
Vertice tām pulchro, tām claræ lucis ocellis,  
Pectore tām rutilo, tām purpureisqve superbū  
Pennisqve & pedibus! Piceas age pellere nubes  
Incipe tristitia, ac mentem cum fronte serena,

Dili-

Deliciumqve novum læto mecum excipe vultu!  
Ille etenim in liqvidas postqvam se sustulit auras,  
Subiectosqve sibi latè pertransiit agros,  
His etiam Tiliis tandem advolat, aureus ales.  
Jamqve adventantem hunc Phœbi exorientis alu-  
mnum

Pennigeræ stipant turmæ, ac fragrantis adorant  
Regis iter, varioqve tegunt convexa meatu.  
Qvippe ut cœlivagos præcedit Phosphorus ignes  
Stellantesqve faces; hunc circumfusa seqvuntur  
Astra, atqve à tanto spondent sibi lumine lumen:  
Majestas sic ENSIFERI veneranda refulget  
Stipantes inter Proceres. Quid? confluit ingens  
Unda virûm, qvos gentis honos ac stemma vetu-  
stum,

Ac minimè à prisco desciscens sangvine Virtus  
Nobilitat, dextramqve offert pro more fidelem  
Principi, & æterno se pacto agglutinat olli,  
Oppositura latus bello, fusuraqve vitam  
Pro Patre, pro Patria, si fôrs in prælia surgat  
Marspiter, & turbas moveat furialis Enyo.  
Quid moror ergò diu? & quid tu, Philyre alma, mo-  
raris?

Appropero, appropero tanti lætissimus ortu  
Sideris, & Clariæ comitatus ab agmine gentis  
Principis augustum venientis limen adibo,

Sum-

Summi & testatus stellantia templa Tonantis  
Adjurabo fidem nullo dein tempore, nullâ  
Vi dirumpendam, immotæ sed rupis ad instar  
Mansuram, & nullis Aqvilonibus evertendam.

Dixit, & exemplò doctâ stipante catervâ  
Doctorum, Aoniis formant qui pectora in antris,  
Qvosqve alios Parnassus habet decora alta geren-  
tes,

Officiisqve graves, Mysiae hoc venerabile Numen.  
Excipit, & cœlum versùs sua lumina tollens,  
Extendensqve manum, sanctissima verba profatur,  
Sicqve DUCI æterno obstringit se foedere Apollo  
Musicolûm comitante choro. Quid Lipsia? lu-

Etum

Ponit & ipsa gravem, Phœnix animata renato,  
Delii & exemplo commota, adsternit herili  
Se folio, rigidoqve fidem magis ære perennem,  
Atqve humile obsequium, jurans solennia, spondet,  
ENSIFERO rediviva DUCI, longum insuper  
ævum,

Et pacem irruptam, fascesqve precata virentes.

Harmonico interea ter tres Heliconis alumnae,  
Saxoniæ hocce novo conspecto sidere, cantu  
Per montis juga celsa strepunt, sibiqve aurea reddi  
Secula cernentes læto sic gutture plaudunt:  
Salve ter salve nobis, pulcherrime Phœnix

Sal-

Salve, & qvos spiras, myrrhatos undique odores,  
Succosque ambrosios vastum disperge per Orbem  
Nec nisi defectus post mille renascere messes.  
Salve iterum! Fortuna tuam non ulla tiaram,  
Non Lachesis thalamum violet. Succrescat in aula  
Castorque & Pollux Ovo prognatus eodem,  
Atque PATREM nobis referat, magnosque FRI-

## DRICOS

AUGUSTOSq; pios & Religionis amantes.  
Sic Pietas sic nostra vovet. Tu, quæso, jacentes  
Erige, Saxoniam Dux Augustissime, Musas,  
Quodque potes solus, brumam, velut antè, beni-  
gnam,  
Atque focos nobis reddas per ligna calentes,  
Afflictisq; aliis clemens succurrito rebus.  
Tu portus, tu perfugium es, tutusq; receptus  
Fluctibus in creperis noster. Te Numen & ipsum  
Devinxit nobis, quod nos Tibi subdidit omnes.



FKVc 5159

nc



VD/R

ores,  
rbem  
,  
n aula  
Bo  
FRE  
tes  
beni  
DUR  
ino  
us  
osum  
es.  
21  
sq 10  
H  
OZP



Diræ eqvidem nostro pepulit de limite pestis  
Spicula, cumq; novo fatum felicius anno  
Reddidit, assiduo Charis exorata precatu

Cœlica, nunc  
Jam qvoque  
Doctū iterun  
Pieridum del  
Anteà, & abi  
Ast ego dedo  
**SAXONIS,** I

randa per omnem.

Sæosq; recessus

Sophicisq; susurris

clausa tacebant

ta Camenas.

funera magni

em Teutonis admi-

Munificumq;  
Subiectas pla  
Lugeo adhuc  
Foedata, & tr  
Et nil lætifici  
Organa nam  
Cumq; illis O  
Musica, festiv  
Et meritò. Ill  
Plusquam Ph  
Optimus, &  
Angelico pra  
Numine, tota



re hæc Misnia sensit,  
mine campos.  
empla omnia panno  
antia vultum,  
onantia cantus.  
animata sonoris,  
. buccina, & omnis  
tora plausu.  
ubvectus in axem  
et lampade Princeps  
udia cornu  
ente Triuno  
ethere plenis,  
Sidereosq; inter dudum radiantibus ignes.  
Sed Philyren nox fusca tenet, nox fusca tenebit

Tri-